UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 71. Lotharingii Cardinalis relatio coram Legatis facta de suo itinere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66653

Visual Library

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

§. LXXI.

Lotharingii Cardinalis relatio coram Legatis facta de ſuo itinere.

Pallav. n. 4. Lott de Viſc. tom. I. p. 75.

Sicut hoc Lotharingii colloquium cum Lunenſi Comite admodum breve fuit, ita res ibidem agitatæ ignorantur: porro paulo poſt Cardinalis Oeniponto profectus die vigeſima ſeptima Februarii Tridentum reverſus eſt, ubi Legatis ſui itineris rationem reddens Oſio Legato tum ægrotanti hæc narrabat: „quamprimum Oenipontum perveneram, Delphinum nuntium mox viſum „ibam, qui mihi ſignificabat, in Cæſare „non amplius repertum iri veterem „voluntatem Concilio propitiam: quamvis adeo magnam exinde laudem ſibi comparaſſet: de cetero autem inquiebat, quod hæc illius mutatio cœperit ex aliquo tempore, ob animi moleſtiam & Tridenti, & Romæ ipſi illatam: eapropter me Nuntius rogabat, „ut ea præſtarem officia, quæ Cardinali, & hujusmodi Cardinali digna eſſent, quæve ob ipſius conditiones ingentem utilitatem cauſſæ publicæ, ac „Pontificis rebus afferre poſſent.„

§. LXXII.

Cæſaris querelæ contra Legatos a Lotharingio relatæ.

Ad